Quelle: https://manuscripta.at/?ID=128
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Omnia quidem que superioris serie voluminis expedita sunt: minus quibusdam forsitan eruditis superuacanea videantur. Nam cum differentiis topicis librorum atulum legerint: omissis doctrine gradibus statim ad finem operis tendunt. Nichil autem ut necessarium videtur quod nisi sit perceptum ad ultiora discentis animum peruenire non possit. Ut et qui nec quoque omnem primum voluminis disputationem superfluam putant si cuncta pleganit concertationeque operis mente ac ratione collustrent: desinent profecto iudicare superfluum. quod necessario viderint in parte operis collocatum. Atque hactenus. ¶ Sed quoniam de his quae antea proposuimus. i. de propositione. questione. conclusione. argumento sufficienter dictum est. Hunc de argumentatione tractemus. Argumentatio est per orationem argumenta explicatio. Huius species duae sunt. Una quidem est que syllogismus. altera est que vocatur inductio. Syllogismus est oratio. in qua positis quibusdam et necessitate aliud quid dam per ea ipsa que concessa sunt: euenire necesse est. quam sint ipsa que concessa sunt. huius diffinitionis rationem sedulo quid liber eorum qui institutionem in categoricos scilicet syllogismos plene continet. Sed per intellectus facultatem idem breuiter apiemus exemplo. Sit enim syllogismus hic. Omnis homo animal est. Omne animal est substantia est. Totum igitur hoc oratio est in qua positis quibusdam et necessitate. i. duabus propositionibus. quae sunt. Omnis homo animal est. et omne animal substantia est. per ea ipsa que concessa sunt efficitur aliquid id scilicet quod est conclusio. omnis igitur homo substantia est. Propositiones enim que concesse sunt: consequentia necessario conclusionis inferunt. Sunt autem propositiones. quae homo animal est. et omne animal substantia est. Atque ex his efficitur aliud quoddam quam sint ipsa que concessa sunt. Concludit enim. Omnis igitur homo substantia est. Quod longe diuersum est et ab ea propositione que dicit omnis homo animal est. et ab ea que proponit omne animal esse substantiam. ¶ Syllogismorum uero alii sunt predicatiui qui categorici uocantur. alii conditionales. quos hypotheticos dicimus. et predicatiui quidem qui ex omnibus predicatiuis propositionibus connectuntur. Vt his quem exemplum gratia superius annotauimus. Omnibus enim predicatiuis propositionibus textum hypothetici uero sed quorum propositiones conditione nituntur. ut hic. Si dies est lux est. Estque dies. lux igitur est. Propositio enim prima conditione. Cum ita demum lux est si dies est. Atque ideo syllogismum